



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

21. A primo capite Esaiaë vsque ad cap. 57.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

## CAPVT XXI.

*De Disciplina ex Prophetis.*

**O**bservandum est in Prophetis per Iudicia Dei  
 Disciplinam Dei esse intelligendam: & quoniam  
 Prælati Vicarij sunt Christi in Disciplina  
 exercenda, & ad Christi imitationem sese com-  
 parare debent hac etiam in parte; hinc ea testi-  
 monia & loca sacrarum literarum, quæ agunt  
 & loquuntur de Dei disciplina erga peccatores,  
 etiam accipienda sunt de disciplina Prælatorum  
 in subditos. Ordiamur ab Esaia cap. 1. Esaia à ver-  
 su 5. ad finem totius Reipub. deformationem ma-  
 lamque Disciplinam redarguit ac repræhendit.  
 in capite & membris totoq; corpore Reipub. pul-  
 chrè autem v. 25. dicit ad similitudinem aurifabri  
 se totam Rempub. velle refundere tanquam  
 nummum adulterinum, qua allegoria seu meta-  
 phora, utitur etiam Hieremias cap. 9. v. 7. & Mala-  
 chias cap. 3. v. 3. & hoc i. c. Esaia v. 28. impios cum  
 scorijs comparat, fragmèta enim scorix abijcun-  
 tur, ut purù aurum post purgationem remaneat.  
 in capit. 3. versic. 7. comparat Ecclesix restaurato-  
 res & curatores cum structoribus domus, qui col-  
 lectis ruderibus faciunt opus rediuiuum versic.  
 8. dicit vulnera insanabilia. versic. 13. administra-  
 tionem publicam ciuilem & Ecclesiasticam do-  
 cet esse corruptam, & versiculo 17. incipit agere  
 de disciplina & reformatione mulierum vsque  
 ad finem capitis fusè, capite 4. versiculo tertio.  
 Deum malum ex Ecclesia tollere paleam exu-  
 tendo igni inexstinguibili, tum suorum peccata  
 venti-

venti-

ventilando atque perpurgando spiritu sancto &  
 igni, vt Ioannes Matthæi 3. concionatur. in c. 5. v. 8.  
 denunciat poenas sordidissimæ auaritiæ, intempe-  
 rantissimi luxus & malitiæ obfirmationisque in  
 malo. ca. 6. a. v. 11. ad finem variæ diuinæ poenæ &  
 correctiones cõglomerantur. c. 7. v. 8. & deinceps  
 vtrique regno denuciatur exitium. ca. 8. a. v. 5. ad  
 finem disciplina Dei denunciatur Syris, Israeli-  
 tis, & Iudæis. c. 18. v. 8. comparat visitorem ac re-  
 formatorem cum vinitore, qui luxuriantia vitis  
 flagella cædit, vt commodius maturetur vitis &  
 pascatur alimento suo: sarmenta amputantur &  
 humi relinquuntur, non curantur vt vitis. c. 19. a.  
 v. 14. ad 18. in v. 14. comparat Dei disciplinam cum  
 medicato populo exhauriendo, quo homines per-  
 turbantur vt oberrent sicuti ebrius in suo vomitu  
 c. 22. v. 15. ad finem vsque ibi est denunciatio disci-  
 plinæ in Sobinam qui reformationem publicam  
 & priuatam, Ecclesiasticam & politicam toto co-  
 natu impediuit. a. v. 20. ad finem prophetia est de  
 sufficiendo in locum depositi Sobnæ Eliachim. c.  
 24. toto exponuntur poenæ & calamitates, quas  
 per disciplinam suam immissurus est Deus. ca. 28.  
 toto. Disciplina Dei in regnum Israelitarum &  
 Iudæorum pro varietate peccatorum. c. 29. v. 6. vi-  
 sitatio Domini describitur per immedicabiles  
 plagas, quæ allegoricè multa verborum conge-  
 riè designantur. v. 10. non plebeios tantum, sed et-  
 iam vtriusque ordinis Ciuilis & Ecclesiastici cu-  
 ratores se portasse similitudine declarat. ca. 30. v.  
 13. dicit indisciplinatos perinde facere sua iniqui-  
 tate ac si vectibus aut malleis iam incliuantem  
 murum

murum Reipubl. momento deturbarent in suas  
 ceruices. v. 20. docet Deus se esse castigatum vir  
 ga hominum, sed non esse relicturum suos orpha  
 nos, quin à ministris & sacerdotibus assiduè cor  
 riganur & informentur. v. 26. illustrissimam &  
 gloriosissimam fore restitutionem & reformati  
 onem Ecclesiæ per hyperbole: erit lux lunæ vt  
 lux solis, lux solis erit sextupla vt lux septem die  
 rum, quo die obligauerit Iehoua sui populi fra  
 cturam, & fractionem plagæ illius curauerit. v.  
 30. effecta diuinæ Disciplinæ, qua profligati sunt  
 Assyrij quatuor comparationibus optimè descri  
 buntur. c. 31. v. 9. qui cultum Dei labefactare nitun  
 tur & disciplinam euertere seipsos tanquam in  
 furnum ardentem ingerunt in iram Dei. c. 32. v. 9.  
 singula ciuitates Iudæ ad penitentiam prouocan  
 tur, vt anteuertant Dei disciplinam. ad finem ca.  
 vsque & pij reformati comparantur cum exculto  
 agro & cum beatissimis agricolis, qui agrum op  
 timum coluerint propter venturam messem. ca.  
 48. v. 10. Deus in disciplina sua erga peccatores nõ  
 agit semper summo iure, quia si ab omni scoria,  
 vt argentum, eos expurgare vellet, omninò dispe  
 rirent. inde ad finem c. 51. v. 16. agit de restauratio  
 ne disciplinæ per Christum in Ecclesia, per disci  
 plinam id quod crassum & feculentum, atque ex  
 liquidis potionibus excerni solet, id quasi cola  
 tur & aufertur: hæc est allegoria disciplinæ Dei.

Scoriæ expurgandæ ab argento, i. spurcicia illa  
 siue sordes, quæ ex metallo inter coquendum ve  
 luti spuma quædam abstergitur, vide Sasbodt in  
 ca. 1. Esaiæ. Cinpulum metaphoricè Disciplinam,  
 N n id est,

id est, vitæ ac morum moderationem significat. Sasbodt in cap. 22. Esaiæ, Magisterium Disciplina per vexationem dat intellectum diuinæ doctrine Esaiæ 27. cap. 5.

## CAPVT XXII.

*De Disciplina ex Prophetis.*

**C**ap. 57. Esaiæ, a. v. 7. vsque ad finem vtrunque ordinem Ecclesiasticum & popularem obiurgat iudæorum. v. 24. vt cœnum eijcitur exagitato mari, sic improbi & indisciplinati omnia ingrata Deo egerunt. c. 58. v. 3. ad 8. redarguit hypocrisim popularem. c. 59. à v. 1. ad 9. peccata tanquam calafas calamitatum, quia non corriguntur, populo exprobrat. cap. 64. v. 3. indisciplinati tanquam in fornaci ferri seruiunt diabolo & peccato. vnde exiunt pietatem & induunt obdurationem. ca. 66. v. 14. Ecclesia neglecta disciplina sepulta & prostrata multis malis iacet, veluti putrida aridaque ossa per terram, sed per disciplinam diuinitus instaurantur. vide Ezechielis c. 37. Ex Hieremia ca. 1. v. 10. Præficio te gentibus & regnis ad extirpandum, demoliendum, perdendum, destruendum, ædificandum, plantandum. v. 13. olla feruenti comparat Iudæam, quod futurum erat vt Iudæi tanquam carnes in olla ita feruerent calamitatibus. ca. 2. v. 22. amplificat crimen indisciplinatæ Ecclesiæ per comparisonem adulteræ καὶ ὑποθεσιῦ, quasi dicat, laua intro, munda, orna, compara te vecumque voles non potest tamen celari vlla ex parte tua